UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

38. De sepultura Domini. Ioan. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

corpus IESV *depoſitum illi inuoluit.* Conſidera quantam reuerentiam Ioſeph cruci exhibuerit, clauos ipſe euulſerit, & de cruce iuuante Ioanne & mulieribus paulatim, excipiéte illud in ſinum matre ſua B. Virgine, demiſerit. Quot hic ſingultus, quot ſuſpiria omnium & lacrymæ? Vide quomodo in oſcula beata mater ruat totius corporis, quomodo in pectus B. Ioannes, quomodo ad pedes M. Magdalena.

2. Cõſidera ſyndonem mundam eſſe mundam à peccatis conſciẽtiam, in qua debemus corpus Domini excipere, dum communicamus, & ſi non habemus, nummo pœnitentiæ emere.

MEDITATIO XXXVIII.

De ſepultura Domini. Ioan. 19.

1. VENIT *& Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras centũ. Corpus autem Chriſti ligarunt linteis cum aromatibus.* Conſidera, quãtum Nicodemus ex paſſione hac profecerit; Prius venerat

Ioa. 3. ad IESVM nocte, nunc palam, tunc nihil præter quæſtiones afferebat, nũc fert pretioſa aromata, & officiũ exhibet ſepulturæ: vt diſcas in virtutibus progreſſum facere,

cere, omnemque metum & turpem vere-
cundiam excutere. 2. Conſidera, neutrum
acceſſiſſe munere vacuũ. nam Ioſeph lin-
teum & nobile ſepulchrum dedit, Nico-
demus myrrham & aloen magna copia
tulit ad obſequiũ corporis mortui: vt tu
quoque eius honori libenter labores tuos
conſectes. 3. conſidera, quid officij præ-
ſtiterint corpori depoſito, quam ſedulo
omnia eius vulnera cõtemplati ſint, quo-
ties oſculati, quam reuerenter in ſubiectã
peluim, ſputa, cruorem, aliasq; ſordes ab-
luerint, & pro reliquiis cõſeruarint, quo-
modo ablatum corpus linteis ligarint, &
caput ſudario texerint.

Poſuerunt autem IESVM *in monumento,* 2.
*quod Ioſeph exciderat in petra, in quo non-
dum quiſquam poſitus erat. Et aduoluit Io-
ſeph ſaxum magnum ad oſtium monumenti,
& abiit.* Conſidera Chriſtum voluiſſe ſe-
peliri, vt nihil quæ ad homines pertinent
prætermitteret, 2. vt tu, maximè ſi religio-
ſus ſis, cogites, te eſſe vt mortuum, & ſe-
pultum mundo & concupiſcentiis eius.
3. Conſidera vt ſacra vaſa in templo, ſic
corpora noſtra, quibus corpus Domini in
communione recipimus, poſſe dici ſepul-
chra Domini, Tunc autem ſunt in petra

excisa,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excifa, quãdo in virtutis cultu conſtante
ſumus. Magnum autem ſaxum ſepulchr
noſtro aduoluimus, cum gratia Dei m
munimus pectus, vt nullus aditus ſit dæ
moni, carni & mundo.

3. *Mulieres autem ſe debant cõtra ſepulchr
aſpicientes vbi poneretur corpus Ieſu, &
uertentes parauerunt aromata & vnguen*
Conſidera, te cum corpus Domini ſuſc
peris in corpus tuum velut ſepulcrum
bere à diſtractione mentis cauere, cu
Mariis autem iſtis perſeuerare in conte
platione Ieſu in corde tuo ſepulti. 2. no
ſatis eſſe, vt Chriſtus ſemel ſit vnctus, ſ
cum mulieribus alia vnguenta para
quia de virtute in virtutẽ eſt procede

MEDITATIO XXXIX.

De cuſtodia ſepulcri. Matth. 27.

1. PRRINCIPES *ſacerdotum rogant Pila
vt iubeat cuſtodiri ſepulcrum, ne diſcip
eum furentur, & dicant ſurrexiſſe. Sedu
rem enim illum dixiſſe: Poſt tres dies reſurg*
Conſidera quale ſtudium impiorũ illo
ſit in tanto ſabbatho, quod erat feſtũ p
ſchæ, vt obſcurent gloriam Chriſti, qu
do enim cum Deo agendum erat, agu